56. Les fils de Jala, les fils de Dercon, les fils de Geddel,

57. Les fils de Saphatia, les fils de Hatil, les fils de Phochérèth qui étaient d'Asébaim, les enfants d'Ami;

58. Tous les Nathinæens et les fils des serviteurs de Salomon, trois cent quatre-vingt-douze.

59. Voici ceux qui vinrent de Thel-Mala, de Chérub, d'Adon et d'Emer, et qui ne purent faire connaître la maison de leurs pères, et s'ils étaient de la maison d'Israël :

60. Les fils de Dalaia, les fils de Tobie, les fils de Nécoda, six cent cinquante deux;

61. Et, des fils des prêtres, les fils de Hobia, les fils d'Accos, les fils de Berzellai qui épousa l'une des filles de Berzellai de Galaad, et qui fut appelé de leur nom.

62. Ceux-ci cherchèrent l'écrit de leur généalogie, et ne l'ayant point trouvé, ils furent rejetés du sacerdoce;

63. Et Athersatha leur dit de ne point man-

mederent de Sancto sanctorum , donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus .

64. Omnis multitudo quasi unus , quadraginta duo millia trecenti sexaginta :

65. Exceptis servis eorum , et ancillis , qui erant septem millia trecenti triginta septem : et in ipsis cantores atque cantatrices ducenti .

66. Equi eorum , septingenti triginta sex : muli eorum , ducenti quadraginta quinque :

67. Cameli eorum , quadringenti triginta quinque : asini eorum , sex millia septingenti viginti .

68. Et de principibus patrum , cum ingrederentur templum Domini , quod est in Jerusalem , spontè obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo .

69. Secundum vires suas dederunt impensas operis , auri solidos sexaginta millia et mille , argenti minas quinque millia , et vestes sacerdotales centum .

70. Habitaverunt ergo sacerdotes et Levitæ , et de populo , et cantores , et janitores et Nathinæi in urbibus suis , universusque Israël in civitatibus suis .

ger des viandes sacrées jusqu'à ce qu'il s'élevât un pontife docte et parfait .

64. Toute cette multitude était comme un seul homme ; et elle comprenait quarante-deux mille trois cent soixante personnes ,

65. Sans compter les serviteurs et les servantes , qui étaient sept mille trois cent trente-sept ; et parmi eux il y avait deux cents chantres , hommes et femmes .

66. Ils menaient avec eux sept cent trente-six chevaux , deux cent quarante-cinq mulets ,

67. Quatre cent trente-cinq chameaux , six mille sept cent vingt ânes .

68. Quelques-uns des chefs de familles , étant entrés dans Jérusalem au lieu où avait été le temple du Seigneur , offrirent d'eux-mêmes de quoi rebâtir la maison de Dieu au lieu où elle était autrefois .

69. Ils donnèrent selon leurs moyens pour faire la dépense de cet ouvrage , soixante-un mille drachmes d'or , cinq mille mines d'argent et cent vêtements sacerdotaux .

70. Les prêtres et les Lévités , et ceux d'entre le peuple , les chantres , les portiers et les Nathinæens s'établirent donc dans leurs villes ; et tout le peuple d'Israël demeura chacun dans sa ville .

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. — Et isti sunt filii provincie ascendentes de captivitate transmigracionis , quam transigrare fecit Nebuchadnesar rex Babel in Babel : et reversi sunt in Jerusalem et in Jehudah , unusquisque in civitatem suam . — 2. Qui venerunt cum Zerubbabel , Jesuah , Nechemiah , Seratah , Rehelaiab , Mordochai , Bilsan , Mispar , Biguai , Rechum , Bahanah . Numerus virorum populi Israël : — 3. Filii Parhos , duo millia centum septuaginta et duo . — 4. Filii Sephathiah , trecenti septuaginta et duo . — 5. Filii Arach , septingenti quinque et septuaginta . — 6. Filii Pachah Moab , filiorum Jesuah-Joab : duo millia octingenti et duodecim . — 7. Filii Uelam , mille ducenti quinquaginta et quatuor . — 8. Filii Zattu , nongenti et quadraginta et quinque . — 9. Filii Zacchai , septingenti et sexaginta . — 10. Filii Bani , sexcenti quadraginta et duo . — 11. Filii Behai , sexcenti viginti et tres . — 12. Filii Hasghad , mille ducenti viginti et duo . — 13. Filii Adobicham , sexcenti sexaginta et sex . — 14. Filii Biguai , duo millia quinquaginta et sex . — 15. Filii Hadin , quadringenti quinquaginta et quatuor . — 16. Filii Ater Chizchiah , nonaginta et octo . — 17. Filii Bessi , trecenti viginti et tres . — 18. Filii Jorah , centum et duodecim . — 19. Filii Chasum , ducenti viginti et tres . — 20. Filii Ghibbar , nonaginta et quinque . — 21. Filii Beihlechem , centum viginti et tres . — 22. Viri Netophah , quinquaginta et sex . — 23. Viri Hanathoth , centum viginti et octo . — 24. Filii Hasmaveth , quadraginta et duo . — 25. Filii Chiriatbarim , Clephirah et Beeroth , septingenti quadraginta et tres . — 26. Filii Ramah et Ghabah , sexcenti viginti et unus . — 27. Viri Michmas , centum et viginti et duo . — 28. Filii Beihel et Hai , ducenti viginti et tres . — 29. Filii Nebo , quinquaginta et duo . — 30. Filii Maghis , centum quinquaginta et sex . — 31. Filii Helam alterius , mille ducenti quinquaginta et quatuor . — 32. Filii Charim , trecenti et viginti . — 33. Filii Lod , Chaddid et Ono , septingenti viginti et quinque . — 34. Filii Jereho , trecenti quadraginta et quinque . — 35. Filii Seneah , tria millia et sexcenti et triginta . — 36. Sacerdotes : Filii Jedahiah domui Jesuah , nongenti septuaginta et tres . — 37. Filii Immer , mille quinquaginta et duo . — 38. Filii Paschur , mille ducenti quadraginta et septem . — 39. Filii Charim , mille et se-

ptem decem. — 40. Levitæ: Filii Jesuah et Chadmiel de filiis Hodaviah, septuaginta et quatuor. — 41. Cantores: Filii Asaph, centum viginti et octo. — 42. Filii janitorum: filii Salum, filii Ater, filii Telmon, filii Hacub, filii Chathibah, filii Sobai, omnes centum triginta et novem. — 43. Nethinim: filii Sichah, filii Chasopha, filii Tabathoth. — 44. Filii Cheros, filii Sihah, filii Padon. — 45. filii Lebanah; filii Chaghabah, filii Haecub. — 46. filii Chaghab, filii Saalai, filii Chanah. — 47. filii Ghiddel, filii Ghachar, filii Reaiah. — 48. filii Resin, filii Nechoda, filii Ghazan. — 49. filii Huzza, filii Paseach, filii Besai. — 50. filii Asna, filii Mehunim, filii Nephusim. — 51. filii Bachbuch, filii Chachupha, filii Charchur. — 52. filii Basluth, filii Mechida, filii Charsa. — 53. filii Barchos, filii Sisera, filii Tamach. — 54. filii Nesiach, filii Chathipha. — 55. filii servorum Selomoh, filii Sothai, filii Sophereth, filii Peruda. — 56. filii Jahalah, filii Darcon, filii Ghiddel. — 57. filii Saphathiah, filii Chatul, filii Pochereth Hasbaim, filii Ami. — 58. Omnis Nethinim, et filii servorum Selomoh, trecenti nonaginta et duo. — 59. Et isti ascendentes de Telmalach, Telcharsa, Cherub, Addan, Immer; et non poterunt indicare domum patrum suorum, et semen suum, an ex Israel essent. — 60. Filii Delaiah, filii Thobiah, filii Nechoda, sexcenti quinquaginta et duo. — 61. Et de filiis sacerdotum: Filii Chabaiah, filii Cos, filii Barzillai, quod accepit de filiabus Barzillai Ghilhaditis uxorem, et vocatus est nomine earum. — 62. Hi quæsierunt scripturam suam, genealogias, et non sunt inventæ, et elongati sunt à sacerdotio. — 63. Et dixit Thirsa, tha ad eos, ut non comederent de Sanctitate sanctitatum, donec staret sacerdos in Urim et Thummim. — 64. Omnis congregatio tanquam unus, quater decem millia, et duo millia trecenti sexaginta. — 65. Præter servos eorum, et ancillas eorum, septem millia trecenti triginta et septem: et eis erant cantores, et cantatrices ducenti. — 66. Equi eorum septingenti triginta et sex, muli eorum, ducenti quadraginta et quinque. — 67. Cavelli eorum, quadringenti triginta et quinque, asini sex millia septingenti et viginti. — 68. Et quidam de principibus patrum, cum ingrederentur domum Domini, quæ est in Jerusalem sponte se obtulerunt ob domum Dei, ut stare facerent eam in loco suo. — 69. Secundum vires suas dederunt in thesaurum operis, auri drachmas sexies decem millia et mille, et argenti minas quinque millia, et tunicas sacerdotales centum. — 70. Et habitaverunt sacerdotes et Levitæ, et de populo, et cantores, et janitores, et Nethinim in urbibus suis, et omnis Israel in urbibus suis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILII PROVINCIÆ, id est, Juda, quæ abducto Sedecia in formam provinciæ redacta erat, et quæ inf. cap. 5, 8, vocatur provinciæ (1), id est, qui dñi habitaverunt in Chaldaea, vel qui nati sive orti erant in regione Israeli. Significat enim incolatum aut civitatem. Vide Nehem. cap. 7.

DE CAPTIVITATE TRANSMIGRATIONIS, id est, qui demigraverant in Babylonem, quos, etc. Uncusquisque ix, etc., id de plerisque, et quidem Judæis, intelligendum.

VERS. 2. — QUI VENERUNT CUM ZERUBABEL, id est, ducibus Zorobabele, etc. Recensio hæc sæpè numeris differt ab eâ, quæ est Nehem. 7, et in quibusdam Græcis exemplaribus hic ea deest, ut et caput sequens. Fortè ex Ne-

(1) Filii provinciæ sunt Judæi in Babylonia nati, ad distinguantur à cæteris in Judæa natis, vel sunt Judæi Judæa revertentes in Judæam, quæ capite 5 appellatur provinciæ, quæque post victoriam à Nabuchodonosore in provinciam redacta fuerat. Is periter rerum status perseverabat sub Persis, fuitque tributo obnoxia usque ad Alexandrum. Igitur filii provinciæ stylo Chaldeorum familiari erant Judææ populi, Cyro subditi et tributarii, ac imperii provinciam frequentantes.

(Calmet.)

hemie libro hic translata est à descriptoribus ista recensio, et quæ sequuntur ad comma 68. Nam 4^a, qui Thirsata v. 65, est ipse Nehemias, ut apparet ex Nehem. 8, 9, et quod scribitur ibi dixisse, id eventum demum cum post templum urbs ædificaretur, ut cognoscere est Nehem. 7, 70; 2^o præterea Mardocheus cujus hic nomen extat, fuit in comitatu posterioris itineris, non prioris, ut Judæi consentiunt. Ita Grot. Existimamus Esdræ, qui sub Nehemiam etiam floruit, exscripsisse recensionem jam à Nehemiam ex antiquis catalogis factam, paucaque in eâ immutasse inspectis aliis catalogis ex quibus comperit, plures sese adjunxisse jam adscriptis, vel plurimos ex iis qui descripti erant in libris quos secutus erat Nehemias, et qui videntur ante professionem compositi, Jerosolymam non pervenisse. Recensiones apud Esdræ et Nehemiam eandem summam totalem referunt, nempe quadraginta et duo millia, homines trecentos et sexaginta: à numeri singulares utroque disparés, nullibi hæc summam conferunt: apud Esdræ enim summa tantemodò viginti et novem milia octingenti octodecim; apud Nehemiam verò

triginta et unum millia et novem et octoginta. Præterea refert Nehemias homines mille septingentos quinque et sexaginta, qui desunt apud Esdræ: Esdras verò quadringentos quatuor et nonaginta exhibet, quorum non meminit Nehemias.

Recensio apud Esdræ	29818.	Recensio apud Nehemiam	51089.
Numerus ex-currens apud Nehemiam	1765.	Esdræ	494.
Summa	51585.	Summa	51585.

Si verò 51585 tollas ex 42560, residuum erit .0777. Non recensiti sunt autem illi, vel quia seriem suæ genealogiæ probare non valuerunt, vel quod ad tribum Judæ et Benjaminis non pertinerent, sed ad alias tribus. Ex his concordiam statuere sibi videtur Alting. Sed illa solutio non sufficit ad difficultatem tollendam. Nodus postus est in tribus sequentibus questionibus, quibus conabimur facere satis. Prima questio: Quomodo fieri potest ut in summâ totali consentiant, nempe 42560? Resp.: Hic versu 64 exponit omnem congregatio, sub quaem eam exhibebant libri quos consuluit Nehemias, 42560. Secunda questio: Quare 11271 desiderantur ultra summam 51089, quæ exurgit ex collectione numerorum singularium apud Nehemiam, etc.? Resp.: Illos fuisse omissos, vel quia seriem suæ genealogiæ probare non poterunt, utpote cum essent posteri Chabaiah, Kois, et Barzillai, de quibus infra, versu 61, vel quia non pertinebant ad tribum Judæ et Benjaminis, sed ad alias tribus, quarum reliquæ superfluerunt, usque ad reipublicæ Judaicæ excidium, ut patet Act. 26, 7, Luc. 2, 56. Tertia questio: Quare numeri singulares sunt utroque disparés? Resp.: Quia Esdras qui exscripsit recensionem à Nehemiam jam factam, pauca in eâ immutavit, ut diximus supra. NEHEMIAS. Ille non est qui scripsit librum. SERAJAH, qui Hazariah, 2 Esdr. 7. REHELAH, qui Rehamiah, ibid. MISPAR, qui Mispereth, ibid. RECHUM, qui Nechum, ibid. NUMERUS VIRORUM, q. d.: Hic est numerus, etc. Continetur his verbis titulus sequentis recensionis. POPULI ISRAEL. Israel hic ponitur pro Juda.

VERS. 5. — FILII PARIBUS. Quoties hæc dictio Filii jungitur nominibus propriis virorum, significat filios, posteros, ut exinde, ad v. 21, ferè ubique; quando verò jungitur nominibus locorum, ut à versu 21 ad 58, significat cives, tuos (1). (Fili. Hæc dictio, Bene, id est, filii,

(1) Discrimina sunt longè plurima inter

juncta nominibus virorum significat nativatem; nominibus locorum, habitationem. Prius enim significat filios, nepotes, posteros; posterius, homines, cives, incolas.)

VERS. 5. — FILII ARACH SEPTINGENTI QUINQUE ET SEPTUAGINTA. Nehem. 7, 10, legitur: Sexcenti quinquaginta et duo. Dicit potest quosdam sese adjunxisse jam adscriptis. Vide quæ diximus v. 2.

VERS. 6. — FILII PACHATH MOAB FILIORUM JESUAH-JOAB, id est, incolæ loci dicti Pachath-Moab, qui erant de filiis Jesuah-Joab, vel Jesuah et Joab, id est, qui originem ducebant, aut genus suum referebant ad, etc. Pachath Moab sumitur pro quodam loco, inf. cap. 8, 4, et cap. 10, 50; videtur fuisse trans Jordanem. Jesuah ille et Joab (si tamen non sint pro uno accipiendi), fuerunt suo tempore viri insignes et clarissimi. Et duodecim. Nehem. 7, 11, legitur: Decem et octo.

VERS. 8. — NONGENTI, etc. Nehem. 7, 45: Octingenti, etc.

VERS. 10. — QUADRAGINTA ET DUO. Nehem. 7, 45: Quadraginta et octo.

VERS. 11. — VIGINTI ET TRES. Nehem. 7, 46: Viginti et octo.

VERS. 12. — MILLE DUCENTI VIGINTI ET DUO. Nehem. 7, 46: Duo millia sexcenti viginti et duo.

VERS. 13. — SEXAGINTA ET SEX. Nehem. Sexaginta et septem. Inf. cap. 8, 45, reperitur alii de filiis Adonicam, qui redierunt novissimi, id est, post istos.

VERS. 14. — QUINQUAGINTA ET SEX. Nehem. 7, 49: Sexaginta et septem.

VERS. 15. — QUADRINGENTI QUINQUAGINTA ET QUATUOR. Nehem. 7, 49: Sexcenti quinquaginta et quinque.

VERS. 16. — FILII ATER IPSI CHIZCHIAH, id est, qui erant ex nepotibus Ezechie viri ejusdem clarissimi, qui fuit illorum avis, ut sup. v. 6. Post filios Ater, Nehem. 7, 22, legitur: Filii Chasum trecenti viginti et octo, qui hic, v. 19, dicuntur ducenti viginti et tres.

VERS. 17. — VIGINTI ET TRES. Nehem. 7, 49: Viginti et quatuor.

VERS. 18. — JORAH, qui Chariph, Nehem. 7, 24.

VERS. 20. — GUBBAR. Nehem. 7, 25: Ghibbon, id est, cives illius urbis Benjamiticæ. Nomina sunt locorum quæ sequuntur (1).

censum hunc et alterum, de quo tertius Esdræ 5, 9, etc. (Calmet.)

(1) FILII GEBBAR NONAGINTA QUINQUE. Ita legendum cum Hebr., Septuag. et Rom.; malè ergo nonnulli legunt, nongenti-Cora à Lep.)

VERS. 21. — FILII BETHLEHEM CENTUM VIGINTI ET TRES (1), id est, cives, seu incolæ.

VERS. 22. — VIRI NETOPHAI QUINQUAGINTA ET SEX. Summa est centum septuaginta novem. Nehem. 7, 26 : Viri Bethlechem et Netophah centum octoginta et octo.

VERS. 24. — HASMATETH. Nehem. : Beth-Hasmaveth.

VERS. 28. — DUCENTI VIGINTI ET TRES. Nehem. 7, 53 : Centum viginti et tres.

VERS. 29. — Filii Nebo (2). Nomina virorum. Nehem. 7, 53, legitur : Viri Nebo alterius, etc. Olim in antiquis codicibus Latinis, Nehem. 7, 50, pro Gebah legebatur Nebo. Textu Hebraico qualis nunc est, consentiunt (2) Septuag. et

(1) FILII BETHLEHEM CENTUM VIGINTI TRES. Filii, id est, cives et incolæ, ut dixi v. 1. sive ex civibus et incolis Bethlechem oriundi. Hucusque enim per patres familiâs distinguitur capita; deinceps verò usque ad vers. 51, per urbes distinguitur, forte quia patres erant ignoti vel obscuri.

Dices : Judæi jam per 70 annos fuerant in Babylone, unde plerique qui ex Bethlechem aut, illi verò eorum erant nati in Babylone, etc. — Resp. ita esse, sed tamen lidem vocantur filii Bethlechem, quia à Bethlechem, qui ex Bethlechem venerunt, erant progeniti. Aut certe Judæi in Babylone in suos vicos et pagos distributi, eis nomina Bethlechem aliarumque Judææ urbium indiderunt, ut et in exilio memoria patriæ suæ solaretur, ut jam Hispani in Peru et Mexico urbibus suis induunt nomina urbium Hispaniæ; ut vocantur Granada, Corduba, Vallisoleum, etc. Simili modo Helenus Priami filius, Trojâ eversâ fugiens urbem novam condens, nuncupavit eam Trojam. Audi Virgil. 5. Æneid. :
Procedo, et parvam Trojam simulatque magnis Pergamæ, et arentem Xanthi cognomine riuam Agnosco, Scævæ amplector limina portæ.
(Corn. à Lap.)

(2) FILII NEBO, QUINQUAGINTA DUO. In secundo Esdræ 7, 53, legitur : Viri Nebo alterius, quinquaginta duo; veluti de alterâ urbe cognomine sermo jam habitus fuisset. In vetustis equidem Latinis codicibus legebatur in v. 50 : Viri Rama; in v. 20 : Et Nebo, pro viri Rama et Gebah, quod hodie legitur. Si verò viri alterius additum non est in Hebræo secundi Esdræ 7, corrigenda videntur duo loca, ubi legitur nomen Gebah, ibique adscribendum nomen Nebo. Constat enim v. 20, Nebo alterius ad alteram urbem ejusmodi nominis referri; quemadmodum in eodem capite illud, v. 34 : Alam alterius, refertur ad alteram urbem, de qua superius, v. 12. Illud, alterius, deest apud Septuaginta, et Arabem, qui legunt tantummodo Nebo in secundo Esdræ 7, 53, et in v. 50 ejusdem capituli habent Rama, ut hic v. 20. Nebo locus erat trans Jordanem, ut et Phahath Moab, de quo superius, v. 6. Hinc autem demonstratur, Israelitis aliarum tribuum, non minus quam filios Judæ et Benjamin esse reversos. (Calmet.)

Arabs. Nebo erat trans Jordanem, Nob in tribu Benjamin.

VERS. 30. — FILII MAGBIS, etc. Hic versus non legitur Nehem. 7, sed Nehem. 10, 20, appellatur nomine Magpahas.

VERS. 51. — FILII HELAN ALTERIUS, sub. à supra enumerato, v. 7. Totidem sunt filii alterius (quod mirum).

VERS. 55. — LOD, CHADID ET ONO. Erant hæc tria oppida in sorte Benjamin, VIGINTI ET QUINQUE. Nehem. 7, 57 : Viginti et unus.

VERS. 54. — FILII JERECHO, nomina locorum.

VERS. 55. — FILII SENAAB. Senaab est in sorte Ephraim. SEXCENTI ET TRIGINTA. Nehem. 7 : Nonaginti et triginta.

VERS. 56. — SACERDOTES. Sequitur catalogus sacerdotum, qui reversi sunt de Babylone in Jerusalem. Prius enim recensuit filios Juda et Benjamin; nunc transit ad filios Levi, incipiens à sacerdotibus. Domui Jesuah, id est, qui erant de familiâ Jesuah viri insignis et clarissimi. Forsan est Jesuah, de quo sup. v. 2, qui erat summus sacerdos.

VERS. 40. — DE FILIIS HODAVIAH, qui Jehudah, inf. c. 3, 9.

VERS. 44. — CENTUM VIGINTI ET OCTO. Nehem. 7, 44 : Centum quadraginta et octo.

VERS. 42. — TRIGINTA ET NOVEN. Nehem. 7 : Triginta et octo.

VERS. 45. — NETHINIM. Ita dicti quasi dati sive donati, aut ordinati, id est, consecrati ministerio templi: ipsi enim traxerunt originem à Gabaonitis; fueruntque constituti primùm à Josue, deinde à Davide, in hoc scilicet ut cæderent ligna, et comportarent aquam in usum sacrificiorum.

VERS. 45. — HACCUB. VERS. 46. — CHACHAB. Nehem. 7, omittuntur. SAMLA. Nehem. 7, 48, Salma.

VERS. 50. — ASNA. Omittitur Nehem. 7.

VERS. 55. — FILII SERVORUM SELOMON. Orii ex proselytis illis, quos Salomon in structurâ templi servilibus ministeris adixerat, et quos deinceps deputaverat ad perpetuum templi reparationem, sive instauracionem. Fuerunt illi annumerati cum Nathinæis. FILII SOPHRETH. Videtur esse potius cognomen ita inditum, vel ab eventa quodam, quam nomen proprium viri : aut est nomen mulieris, matris scilicet illorum.

VERS. 57. — FILII POCHERETH HASBAIM. Septuaginta : Filii Pochereth filii Hasbaim. AMI. Nehem. 7, Amon (1).

(4) OMNES NATHINÆI ET FILII SERVORUM SA-

VERS. 59. — DE TELMACH, TELHARSA. Nomina sunt urbium Chaldææ sive Babylonice. CHERUB, AODAN, IMMER. Isti duces eorum qui ex his regionibus redierant, et qui cum fortè primi translati fuissent, genealogiarum codicibus amiserant. ET SEMEN SUUM. Vel gemas.

VERS. 60. — QUINQUAGINTA ET DUO. Nehem. 7 : Quadraginta et duo.

VERS. 61. — VOCATUS EST NOMINE EARUM, id est, posteri sponsi filia Barzillai, de quo 2 Sam. 17, 27, vocati sunt filii Barzillai (1).

VERS. 62. — HI QUÆSIERUNT SCRIPTURAM SUAM, GENEALOGIAS, vel, scriptum eorum qui per genealogias descripti erant, vel, quorum genealogia descripta erat, id est, diligenter scrutati sunt catalogum genealogiæ suæ. Alii melius vertunt : Ad illos quod attinet, a. v. Illi (nominativus absolutus) quæsierant recensionem eorum, illi qui jam erant recensiti in genealogiâ, et non sunt inventi. Familiarum distinctio apud Israelitas studiosè observata fuit, ne familie, possessionesque confunderentur, neve gentes exteræ se miscerent populo Dei, et ut scirent, quibus essent connubiali nexu copulandi, et quinam sacra deberent administrare. Non sunt inventæ, vel, non sunt inventi, sub. in eo catalogo. Et elongati sunt, id est, rejecti (2).

LOMONIS : sicut Josue Gabaonitas, sic Salomon alios bello captos vel proselytos templo donavit. HI vocantur servi Salomonis; unde ex eis multi ab eo addicti fuere fabricæ templi, 2 Paral. 2, 17.

(1) VERS. 61. — QUI ACCEPTI DE FILIIS BERZELLAI GALAADITIS UXOREM, ET VOCATUS EST NOMINE EORUM; de nomine scilicet filiarum Berzellai, vel de nomine posteriorum Berzellai. Sacerdos Berzellai filiam Berzellai duxit uxorem, natisque ex ea filius nomen deinceps mansit ex origine matris, filius Berzellai. Textus Hebræus, בְּרִזְלַי בֶּרֶךְ, et Vulgata ferunt in masculino : Vocatus est nomine eorum, filiorum scilicet Berzellai. Posterii sunt incluyti filius sens Berzellai, qui liberalem adeo præstitit operam Davidi, trans Jordanem fugientium.

(2) VERS. 62. — QUÆSIERUNT SCRIPTURAM GENEALOGIÆ SUÆ. Quâ olim sollicitudine tuerentur Hebræi sacerdotes tabulas suas genealogicas, ex Josepho discimus. Habebant ab ipso gentis initio ductas, solertique cautione præsumtuam fuerat, ut ad gentis usque exitum incorruptæ perseverarent. Neque id erat studii tantummodo sacerdotibus Hierosolymitanis : si pariter, qui in Ægypto, Babyloniâ, aliisque provinciis versabantur, missis Hierosolymam vires describi jubebant suas genealogias, adhibitis ob majorem publicam fidem testibus, eas totidem verbis in publicis tabulis contineri essentiatibus. Cùm verò bellum aliquod sen graves aliqve vires genti acciderent, ut sub Antiocho Epiphane, et deinde sub Romanis, exscribendos erant veteres libros genealogicos, ex

VERS. 63. — ET DIXIT THIRSATHIA, id est Nehemias ita vocatus 2 Esdr. 8, 9, et 10, 1. Erat nomen officii aut dignitatis apud Chaldæos, vel nomen viri cujusdam apud Judæos, puta Nehemias. Nomen illud componitur ex thirosc, vino, et schathah, bibere, quòd Nehemias esset pincerna regis. Alii dicunt thirsathia significare austerum, quòd Nehemias Judæus esset et censor. DE SANCTITATE SANCTITATUM, id est, de sacrosanctis sacerdotum cscis, DONEC STANET SACERDOS IN URIM ET THUMMIM, id est, donec Deo placitum esset oracula responsaque reddere, sicut stante primo templo, consueverunt per Urim et Thummin pontifici. Vide Exod. 28, 50 (1). Hic obiter prædicit adventum Christi, qui fuit plenus sapientiâ, et qui peccatum non fecit. Per Urim enim, quod sonat lumina, significatur perfecta sapientiâ; et per Thummin integritas vitæ, sive inculpata vita, q. d., donec adveniat unus, qui dignus sit gestare Urim et Thummin, sicut tempore primi templi : ea enim posuerat Moses in ipso rationali.

Porro codices summâ curâ servabant. Porro sollicitudinis hujus incredibilis sacerdotum illud argumentum est, periculis Josephus, quòd jam inde à bis mille annis successio est continuata pontificum apud nos, ex patre in filium, pura potaque, nullâ admixtione corrupta. Merito igitur rejecti sunt quicumque è genere sacerdotali, nullâ exhibitâ fide, se esse gloriabantur.

Afferunt Rabbinii, in ejusmodi genealogiarum examine genus tantummodo maternum investigari consuevisse; quod repugnare videtur his que hic produximus ex Josepho, ipsique Scripture universæ; genealogias nunquam maternas, sed paternas tantum adducunt. Dogma est quidem juris Rabbinici, filios maternam conditionem sequi; sed veterum hunc esse morem Israelitarum, demonstrandum est.

(1) URIM NON COMEDERENT DE SANCTO SANCTOREM, DONEC SURGERET SACERDOS DOCTUS ATQUE PERFECTUS. Hæc extra sum locum hic posita esse satis constat, cùm Nehemias in Judæam non venerit, nisi anno 3550, post Zorobabilem octogesimo. Mandavit igitur sacerdotibus, qui documenta originis suæ exhibere nequiverunt, ne ad communionem vestimentarum sacerdotum et panum propositionis venirent; denique ne quod participarent è rebus in altari oblatis, et cæteris que. Sancta sanctorum appellantur. Quâ in re secutus est ille consilium legis ventantis, ne sacerdotes vito aliquo corporis notati accederent ad altare, neque Sanctum intraderentur. Sed majori severitate utendum hic sibi erga illos censuit, quos interdicti usu dapnum et panum sanctificationum, à quibus nullo legis præcepto arcebantur. Quancumque edicto huiusmodi limitem hunc apposuit : Donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus; vel, ex Hebræo : Donec staret sacerdos cum Urim et Thummin.

At verò deeratne tunc in Israel pontifex.

VERS. 64. — OMNIS CONGREGATIO TANQUAM UNUS, id est, simul vel in unum collecta (1).

Si quis autem erat, an non gestabat ephod et rationale, cuius portio erat *Urim et Thummim*? Erat utique tunc summus universæ gentis sacerdos; sed Rabini docent, post captivitatem depossisse Urim et Thummim. Dicitur enim, ex quo Deus cessaverat per ejusmodi oraculum arcanæ suæ revelare; neque post Davidem ulterius consultum fuisse, alicui legitimus. Porro veteris hujus oraculi, ad consilia Dei investiganda, restitutionem sperare videtur Nehemias, cum hæc sanxerit de sacerdotibus, qui originem suam sacerdotalem productis documentis asserere nequiverunt. Quid inde acciderit, ignoramus. Malachias tunc prophetam agebat, quem facile consultuerunt.

(Galmet.)

Allegoricè significatur Christus Pontifex, per quem lux et veritas facta est, Joan. 1. Propolog., per hæc duo admonetur tunc pontifex, tum populus, studere veritati doctrinae et perfectioni vitæ; atque per hæc duo analogè aspirare ad lumen gloriae, et perfectam Dei fruitionem et amorem.

(Corn. à Lap.)

Et Athersatha leur dit de ne point manger des vivands consacrées, jusqu'à ce qu'il s'élevât un pontife docte et parfait. S'il fallait, selon l'expression du texte sacré, un pontife docte et parfait, pour juger si ces anciens Juifs, dont il est parlé ici, étaient véritablement de la race sacerdotale, combien est-il nécessaire encore aujourd'hui, que ceux-là soient doctes, c'est-à-dire, savants de la science de l'Eglise, et parfaits, c'est-à-dire consommés dans la vertu, et surtout dans la charité, qui est la perfection des autres vertus, qui doivent juger par la lumière d'une science accompagnée de piété, des vrais ministres que Dieu a choisis pour le ministère de ses autels, et qui appartiennent véritablement, non à la race d'Aaron, mais à la race choisie par la volonté de celui de qui il est dit dans l'Evangile au sujet de l'élection des Apôtres, qu'il était monté sur une montagne, il appela à lui ceux que lui-même voulut, et que s'étant approchés de sa personne, il en établit douze pour être avec lui? C'est là véritablement ce pontife docte et parfait, qui devait enfin se lever au milieu du peuple d'Israël, pour établir parmi eux le vrai sacerdoce, qui est selon l'ordre de Melchisédech. Lui seul a la vraie science, puisqu'il assure que nul ne connaît le Père, que le Fils, et celui à qui le Fils s'en va, voudra révéler. Car c'est cette unique connaissance qui rend les hommes vraiment savants. Lui seul est parfait puisqu'on peut dire que lui seul a accompli en un souverain degré ce précepte qu'il a proposé lui-même à tous ses disciples: *Soyez parfaits, comme votre Père céleste est parfait.* Et ainsi c'est par l'Esprit, c'est par la lumière toute divine de ce pontife de la loi nouvelle, que ceux qui par l'onction sacrée de leur ministère participent à quelque chose de sa science, et de sa perfection, doivent juger des ministres que lui-même appelle selon les règles de sa volonté suprême, pour être avec lui établis dans la participation de son sacerdoce. (Sacy.)

(1) QUADRAGINTA DUO MILLIA TRECENTI SEXA-

VERS. 65. — ET EIS, id est, in numero servorum. Illos Levitæ, instituta professione, pecuniâ comparasse videntur, ad revocandum in usum musicam sacram, quam obviacione traderant. DUCENTI, Nehem. 7, 67, sunt, *ducenti quadraginta quinque* (1).

VERS. 68. — DE PRINCIPIBUS PATRUM, id est, aliquot ex præcipuis patribus sive patriarchis tribuum *OB DOMUM DEI*, vel, *pro domo Dei*, id est, liberaliter, non coacti, obtulerunt de opibus suis munera. UT STARE FACERENT EAM, id est, ut instaurarent eam à fundamentis ipsi (2).

VERS. 69. — SECUNDUM VIRES SUAS, vel, *pro virili sua*, id est, pro facultatibus suis. Intelligit de totâ congregatione unâ cum principibus. NUMERAT JOSEPHUS QUADRAGINTA DUO MILLIA QUADRINGENTOS SEXAGINTA DUOS. Animadversum jam est, in secundo libro Esdræ eundem, quem hic, numerum adscribi. Collectis in unam summam minoribus calculis supra recitatis, 29,818 sunt. Sed præter illos, qui hic censentur, non deluisse plures arbitratur ingenius servosque ex Judâ, Benjamin, aliisque tribubus, qui defectu genealogie, quam exhiberent, in censu sub patrum suorum nomine descripti non sint. Licet etiam suspicari, mendum irrepisse in minores calculos. In tertio libro Esdræ recitantur quadraginta duo millia, trecenti et quadraginta. (Galmet.)

(1) EXCEPTIS SERVIS, ET ANCILLIS, EX ALIENIS FACILÉ, ET FORTASSÉ PAGANIS, QUOS È CENSU HEBRÆORUM VERNACULORUM EXCLUDERE VISUM EST. SERVI JUDÆI NUMQUAM NON LIBERI HABEBANTUR, NEC LIBERTATE IN PERPETUUM PRIVABANTUR, NISI PRIVILEGIO, SIBI À LEGE EXODI 21, 6, CONCESSO, SOLEMNI RITU CESSISSIMO. (Galmet.)

ET IN IPSIS CANTORIBUS ATQUE CANTATRICES DECEM. *Cantores templo adhibebantur ad canendos Psalmos, cantatrices ad laicas cantiones.* v. g., ad canendum in funeribus, nuptiis, conviviis, etc., significatur lætissimus fuisse Hebræorum à Babylone reditus, ut præ gaudio canerent et jubilarent, juxta oraculum Isaiæ c. 66: *Adducet omnes fratres vestros de cunctis gentibus domum Domino in epus et in quadriga, et in lecticis, et in mulis, et in carrucis, ad montem sanctum Jerusalem.* Et psalm. 125: *In convertendo Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* (Hebr., *sicut somniantes*, id est, ita exultantes, ut viderentur somnare redditi, non autem verè redire in patriam.) *Tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione.*

VERS. 66. — EQUI FORUM 736. Ita Hebr. et Roman.; malè ergo aliqui legunt, *sexcenti.* (Corn. à Lap.)

(2) CUM INGREDERENTUR TEMPLUM DOMINI. Templum jam erat à Chaldeis exustum. Templum ergo hic vocatur locus in quo steterat templum, quia is sacer erat, ac sacrificiis et divino cultui à Deo destinatus. Unde Judæi mox in eo altare erexerunt, in eoque sacrificarunt, ut patet Jerem. et Baruch. (Corn. à Lap.)

suis, et iis qui de regno Cyri spontè obtulerunt de opibus suis. IN THESAURUM OPERIS, vel, *thesaurum operis*, id est, templi. AURI DRACHMAS. *Darchmonim* singularum valor fuit unius sicli aurei, id est, undecim libellarum undecim assium novem denariorum nostratum, cum unius denarii quartâ parte. ARGENTI MINAS. Mina valebat sexaginta siclos argenti. id est, nostræ monetæ Francicæ libras nonaginta septem sex asses et decem denarios cum semisse (1).

VERS. 70. — ET DE POPULO, id est, pars aliqua populi, sive aliquot ex plebe. ET OMNIS ISRAEL. Non ergo solum ex tribu Judæ et Benjamin solis redierunt. IN URIBUS SUIS, sub. *singuli.*

(1) AURI SOLIDOS SEXAGINTA MILLIA ET MILLE, hoc est, sexaginta et unum millia; ita legunt Hebr. et Rom. Alii pro *sexaginta millia*, legunt: *quadraginta millia*; tot enim numerantur Nehem. 7, 5, de quo ibidem plura. Diversitas hæc orta videtur ex transpositione cipharum.

CAPUT III.

1. Jamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem.

2. Et surrexit Josue filius Josedec, et fratres ejus sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel, et fratres ejus, et ædificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei.

3. Collocaverunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populi terrarum, et obtulerunt super illud holocaustum Domino manè et vespere.

4. Feceruntque solemnitatem Tabernaculorum, sicut scriptum est, et holocaustum diebus singulis per ordinem, secundum præceptum opus dei in die suo.

5. Et post hæc holocaustum jugo, fam in calendis quàm in universis solemnitatibus Domini, quæ erant consecratæ, et in omnibus, in quibus ultrò offerebatur munus Domino.

6. A primo die mensis septimi cæperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat.

7. Dederunt autem pecunias latomis et cæmentariis: cibum quoque et potum, et

obviâ et facili: nam LX sulo 60, XI. verò sunt 40. (Corn. à Lap.)

AURI SOLIDOS SEXAGINTA MILLIA ET MILLE. Hebræus: *Sexaginta et unum mille darchmonim auri*, Hebræum *darchmonim* modò vertitur à S. Hieronymo *drachma*, modò solidi, nec desunt interpretes quidam opinantes vocem *darchmonim* ex Græco *drachma* derivari. Alii designari eâ voce malunt *darchum*, nummum Persarum ex Dario, veteri eorum gentium rege, nomen summi talentum. Jam alibi, 2 Paral. 29, 7, animadvertimus darchum ex Gronovii de pectinâ veterum lib. 1, c. 5, supputatione astimari 20 drachmis argenteis, id est, libris nostratibus novem cum octavâ; sive ex supputatione Pelletierii Rothomagensis libris nostratibus 11 solidis 11 denariis novem cum quadrante. Cæterum darchi hominem summi traxerunt, non quidem ex Dario filio Hytaspis, qui post Esdram vixit, sed ex alio potius Dario multo vetustiori, de quo Scholiastes Aristophanis in Eccl. v. 392.

ARGENTI MINAS QUINQUE MILLIA. Mina argenti astimatur sexaginta siclis argenteis, id est, monetæ nostratis libris nonaginta septem, solidis sex, et denariis decem ac dimidio. (Galmet.)

CHAPITRE III.

1. Le septième mois était déjà venu, et les enfants d'Israël étaient dans leurs villes. Le peuple s'assembla donc comme un seul homme dans Jérusalem.

2. Et Josué fils de Josédéc, et ses frères, qui étaient prêtres, et Zorobabel fils de Salathiel, et ses frères, commencèrent à bâtir l'autel du Dieu d'Israël, pour y offrir des holocaustes selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse, l'homme de Dieu.

3. Ils posèrent l'autel de Dieu sur ses bases, pendant que tous les peuples dont ils étaient environnés s'efforçaient de les en empêcher; et ils offrirent au Seigneur sur cet autel l'holocauste le matin et le soir.

4. Ils célébrèrent la solennité des Tabernacles selon qu'il est écrit, et ils offrirent l'holocauste chaque jour, selon son ordre, en la manière qu'il est commandé de l'observer jour par jour.

5. Ils offrirent encore l'holocauste perpétuel, tant au premier jour des mois que dans toutes les fêtes solennelles consacrées au Seigneur, et dans toutes celles auxquelles on offrait volontairement des présents au Seigneur.

6. Ils commencèrent au premier jour du septième mois à offrir des holocaustes au Seigneur. Or on n'avait pas encore jeté les fondements du temple de Dieu; on avait seulement rétabli l'autel.

7. Ils donnèrent donc de l'argent aux tailleurs de pierres et aux maçons, ainsi que du